

DOCUMENTOS

I

TEXTOS PARA EL ESTUDIO DEL DERECHO ARAGONES EN LA EDAD MEDIA

I

RECOPILACION DE FUEROS DE ARAGON

La recopilación foral que editamos es la obra de un jurista de Huesca, el cual recogió en ella, a la vez que algunos preceptos forales del alto Aragón, disposiciones de la *Lex Visigotorum*, las más de ellas adaptadas a las necesidades jurídicas de la época y la tierra, y algunos elementos procedentes, a no dudarlo, de alguna Colección canónica. El compilador no se redujo a una mera labor de copista al transcribir los preceptos forales que recoge: en un regular número de casos retocó el lenguaje, bien trocando las palabras demasiado romanceadas por otras del latín jurídico, bien dando una estructura gramaticalmente más correcta a la frase. Publicamos únicamente el texto de los preceptos forales aragoneses.

La composición del manuscrito es la siguiente: *Lex Visigotorum*, caps. 1 a 16: VII, 4, 5; II, 4, 6; II, 4, 5; V, 6, 2; VII, 4, 6; VII, 4, 3; VII, 4, 7; VII, 2, 15; VII, 2, 7; VII, 2, 16; VII, 1, 5; VI, 1, 7; VI, 2, 2; VI, 5, 8; VI, 5, 11; VII, 5, 6. *Procedencia de una Colección canónica*: cap. 17, Pauli, *Sent.* I, 4, 1; cap. 18. S. Isidoro. *Etim. Fechas del nacimiento de Mahoma y S. Isidoro*, cap. 36¹.

¹ Van publicados en nota.

Fueros de Aragón: caps. 37-53. *Lex Visigotorum*, caps. 54-77; II, 5, 3; II, 5, 4; II, 1, 30; II, 4, 10; II, 5, 1; IIII, 2, 1; IIII, 2, 2; IIII, 2, 4; IIII, 2, 5; IIII, 2, 7; IIII, 2, 8; VII, 2, 9; VII, 2, 19; VII, 4, 4; VII, 5, 4; VII, 5, 5; VII, 6, 3; VII, 6, 4; VIII, 1, 2; VIII, 1, 13; VIII, 3, 17; VIII, 4, 22; VIII, 4, 30; VIII, 1, 17; *Fueros de Aragón*, cap. 78. *Lex Visigotorum*, caps. 79-83; V, 4, 3; V, 4, 9; II, 4, 1; II, 2, 4; II, 4, 3. *Fueros de Aragón*, caps. 84-89. *Procedencia de una Colección canónica*, cap. 90. *Fueros de Aragón*, caps. 91-107.

Esta Recopilación se encuentra en el manuscrito 41 de la Universidad de Zaragoza formando un cuadernillo de 7 fols. de papel setabí, encuadrado entre una Genealogía y una Retórica.

Dim.: 145 × 203. Caja de escritura: 135 × 165. Letra francesa de principio del siglo XIII, muy pequeña y clara. Los caps. están sin numerar, separados unos de otros por un pequeño adorno. En el folio 1 y en el 7 v.^o, dos notas en letra muy confusa del siglo XIV. El fol. 1 está carbonizado por la humedad en su parte superior, faltando la mitad de la primera línea; en los restantes, en la misma parte hay manchas de humedad que dificultan su lectura.

I.

Siquis homo accusatus fuerit de furto *et negauerit oportebit ei ut se defendat per batallam de ferro calido; et debet adducere ante iusticiam duas partes de uno cubito trapo lineo ex quo sigillet ei iusticiam manum dexteram; et qui accusat eum debet dare sarmentos siicos aut aliam lignam cum quibus calefaciat ferrum; et si forte accusatus habuerit manum lesam postquam leuauerit ferrum calidum peccet Regi LX solidos pro calumnia et ad iusticiam VII sueldos et VI denarios per arienzos et reddat exintegro ipsum furtum domino [illo quem]¹ furatum fuit cum nouenis. Tamen si antequam calefiat ferrum ex quo fuerit ipsa batalla firmata et accusator* || (fol. 1) [et accusatus voluerint inter se componere tenentur dare ad ius ius]ticiam X solidos et ad ipsum XV denarios per arienzos ipsa batalla potest et de[bet] remanere; [et si forte illum ferrum iam calefactum fuerit in igne et tunc uoluerint inter se componere tenentur dare [ad iusticiam si ipse uoluerit LX solidos et ad ipsum VII solidos et VI denarios per arienzos. Adhuc sciendum est que ille qui est accusatus de crimine pro quo debet ferrum in manu levare ipse debet conducere ferrum, et si forte manus illius fuerit sana inuenta ille qui accusauerat eum peccet quod accusatus tenebatur dare pro illo ferro si forte esse uictus, et tenetur dare etiam calumnias.

¹ Damos entre corchetes la parte que falta en el ms. por su deterioro.

2.

Si aliqua mulier innupta habuerit prolem et dixerit ulli homini: "tu pater es prolis meo" et ipse negauerit, habeat mulier duas partes de uno cubito de trapo lineo cum quo sigillet ei iusticia manum dextram et leuet ferrum calidum; et si post tertium diem manus illius fuerit inuenta illesa reddat prolem patri illi cui ascribebat, et de cetero nutrire illam nullo modo teneatur nisi uoluerit tamen cum beneficio patris. Set si forte manus mulieris, aut auocati sui qui pro ea leuauit ferrum calidum, fuerit lesa inuenta nutrita filium suum uel filiam sine patre illo cui ascribebat. Neuter tamen eorum qualicumque modo suprascripto acciderit dare ullam calumniam regi aut justicie siue alicui homini proinde ullo modo teneatur.

3.

Homo qui de aliqua causa inpetitur pro qua iudicium est ut faciat sacramentum, debet dare, per fuerum, fidanzam ut faciat ipsam iuram die et loco et termino constituto a iudice dato et assignato; et ipsa fidanza debet esse heres aut habitator loci illius de quo est auctor qui trait accusatum in causam. Adhuc etiam sciendum est quod illa fidanza debet esse de pignore aut de signal, nisi forte fuerit causa inter infanzones.

4.

Multociens accidit quod homo accipit peccuniam mutuo ab alio pro qua saluenda dat fideiussorem termino inter eos constituto, et quia debitor termino profixo creditori non uult persoluere peccuniam memoratam fideiussor coactus et districtus a creditore pignorat debitorem et uult reddere ipsum pignus creditori, set creditor non uult pignus accipere dicens aduersus eum: "teneas tu si uolueris pignus ipsum quem non eres mihi fideiussor de pignore, set teneris mihi ut facias mihi persoluere peccuniam mutuatam." Quem furcum bonum memorie domini regis Petri ita stabiliuit.

5.

Mulier infanzona multociens inpetitur ab alio quod ei per se aut per alium peccuniam dare tenetur set ipsa inficiatur, unde dicit fuerum quod illa, ex quo negat, det aduocatum qui in loco et in persona eius faciat sacramentum super librum legis et super crucem ad hostium ecclesia quod iam dicta infanzona, per se aut per alium, non debet dare exauctori peccuniam quam exposcit; illa tamen proinde non tenetur uenire ad concilium aut ante iudice nisi uoluerit, set stando in ecclesiam mitet procuratorem qui agat pro illa in omnibus supradictis; set si nuncius iam fecit sacramentum ad hostium ecclesie pro ipsa tali modo ipsamet de cetero in propria persona prestabit sacramentum quocienscumque fuerit inpetita de peccunia reddenda.

6.

Siquis occiderit aliquem uel aliquam infra terminos Osce et captus fuerit tenetur dare regi Mil solidos pro homicidio et caueat sibi a parentibus et ab amicis mortui; et si forte capi non potuerit si qua bona habuerit confiscentur. Alii non tenentur dare ipsum homicidium nisi quid fecerit illud.

7.

Cum ullus homo pignorauerit alium, debitorem scilicet aut fidanzam, pro ullo debito et tenuerit inde aliquam bestiam, dicit fuerum quod si in prima nocte collegerit ei comeditionem quandiu tenuerit illam pignoram debet ei colligere comeditionem; et si dederit eam ad manuleuare debet eam in presenti deliberare ad manuleuatorem per capistrum aut per frenum sub pacto quod ea die que fuerit inter illos constituta quod manuleuator reddat ei ipsam bestiam si uina fuerit uel sana aut aliam bestiam que tantum ualeat quantum ualebat ipsa que extiterat pignorata in illa die quando fuit data ad manuleuandum; tamen si in prima die quo bestia iam dicta fuit pignorata his qui pignorauit [fol. 1 v.] [eam] noluerit comeditionem ei colligere teneat eam in loco scampato et solutam; et si tamdiu steterit ibi, quod dominus eius non [tra]xerit illam donec sit mortua, ipse qui tenet ipsam bestiam pignoratam faciat eam scoriari ita quod corium capit is et uniuersi pedes ipsius bestie se tenant in simul cum alio corio ut possit ipsum corium hostendere domino bestie; et hoc facto nichilominus remanebit quod non pignoret ei aliam bestiam donec sit paccatus.

8.

Siquis fuerit fidanza pro aliquo homine, pro peccunia aut pro alia qualibet causa, postea in eodem facto pro quo est fidanza non potest esse aduocatus eius.

9.

Sepe contingit quod homo possidet hereditatem sibi data cum carta et cum fidanza et testibus legitimis, et si aliquis inquietauerit eum pro iam dicta hereditate et his qui possidet potuerit probare quod iam possidebit eam per unum annum et per unum diem aut amplius sine mala uoce per fuerum de Oscha non tenetur de cetero respondere de illa de hoc quod superius dicit. Sine mala uoce sic est intelligendum: si actor non pignorauit eum infra unum annum et unum diem ita quod accepit de possessore fidanzam, aut sine traxit in re uera possessorem coram iudice et fuit facta questio de hereditate memorata. Illud idem fuerum est de emicionibus¹ et impignacionibus hereditatum.

¹ Así el ms.

Cum aliqua mulier infanzona tradita fuerit marito debet dotari ab illo de tribus hereditatibus de illis quas tunc habet aut postea est alicubi abiturus; et si forte euenerit quod maritus antea moriatur quam illa et non habebat ipsa necessaria competentem si voluerit libere potest per fuerum mitere in pignus hereditates illas, partem aut totas, unde possit sustentari. Tamen si habuerit filios uel filias et illi voluerint ei dare necessaria nullo modo potest nec debet uendere aut mitere in pignus aliquam hereditatem de predictis. Verumtamen antedictus maritus quando illam accepit uxorem non habet nisi unam aut duas hereditates illas habeat per suas dotes et si postea lucratus fuerit tercia habeat eam similiter. Dotes istas potuit sic diuidere si voluerit: unam potuit dare uni filio uel filie, aliam loco illi elegerit sepulturam, tercia uniuersis filis in qua omnes accipient suas partes. Preterea eamdem infanzona debet habere integre suas uestes, suas ioyas, et unum lectum bene paratum de melioribus pannis qui erunt in casa eorum, et unum uasum de argento, et unam captiuam, et unam mulam de caualcar, et duas bestias de arata cum suis aparentis; et si hoc totum non habent accipiat quod inuenierit de prescripto; et de quantis manificiis fuerint in sua casa de unaquaque manera accipiat unum, in aliis quod remanent accipiat medietatem et in uniuersas alias causas similiter.

De femina franca est fuerum quod debet dotari de D solidos in illis rebus quas tunc habet ubi eius quando accipit eam uxorem aut de cetero est alicubi abiturus; et si de plus voluerit cam dotare in potestate eius consistit. Verumtamen si ipsa mulier habuerit prolem, uiuat proles aut moriatur, de cetero ipsa non potest repeterc dotes; set si de ipso marito non habuerit prolem et primitus maritus moritur ipsa debet accipere prescriptas dotes in rebus mobilibus et immobilibus que fuerunt de suo marito; debet adhuc accipere suas uestes integre, et suas joyas, et unum lectum bene paratum de melioribus aparentis que fuerint in chasa; de manificiis sicut superius scriptum est; quod si faciunt laborare debet accipere duas bestias cum suis complimentis, scilicet melioribus bestias que fuerint in sua casa.

De femina de nullis istud est fuerum: quod debet per suas dotes habere unam casam coopertam de duodecim biegas, et unam arenzatam de uinea, et unum campum de semenatura de uno arrobo de trico in uoce de linar, et suas joyas et uestes integre, et unum bonum lectum cum suis aparentis, et duas bestias de arata cum suis complimentis, de melioribus scilicet bestiis que habebunt maritus et ipsa. Et in qualicumque hora habuerit prolem tantummodo ut lucem uideat iam dicta mulier perdit suas dotes. In aliis causis que habuerunt accipiat suam partem sicut est fuerum.

II.

Sepe contigit quod homo querit ab alio hereditatem dicens aduersus eum: "hereditas ista quam possides non est tua set mea debet esse quia de meo genere fuit, ideo uolo ut reddas eam mihi aut quod colligas mihi fidanzam de directo super illam." Contra hoc dicit fuerum qui ultimus possessor est, de iam dicta hereditate per unum annum et unum diem, quod ille debet dare fidanzam de directo super illam, et postea cum uenerit coram iudice pro iam dicta hereditate placitando, antequam causa tractetur exactor debet dare fidanzam de retra per se et per suum genulum, ut si ille qui possidet poterit de iure defendere hereditatem memoratam quod unqua magis his qui petebat per se aut per alium de suo genullo non possit aliquam questionem mouere in hereditate memorata. Verumtamen qualis est hereditas illa talis sit fidanza de redra infanzona aut nullana.

12.

Homo quidam, cum haberet uxorem legitimam et filios ex ea procreasset, peccatis exigentibus cognouit aliam de qua filium adulterinum procreauit. Tempore procedente homo antedictus decessit intestatus; ideo filius adulterinus presentans se coram filiis legitimis in bonis paternis se heredem fieri postulauit. Contra hoc dicit fuerum: "tu in peccatis es natus et nascere non debuisti, ideo nulla ratione potes aut debes esse heredem in hereditatem quam requiris", nisi forte pater dum uiueret misericordia motus aliquid de rebus suis adulterino filio assignauit. Unde dicitur: non enim est heres filius ancille cum filio libere. Illud idem iudicium est de muliere habentem maritum si diabolo instigante cum alium comiserit adulterium.

13.

Dicit fuerum quod si aliquis occiderit inimicum suum non accipiat aliquid de rebus inimici, bestias aut arma uel quodlibet aliud, ne uideatur ipsum occidisse causa cupiditatis rerum inimici, et propter hoc non tantummodo dicatur ulti or inimici set raptor et depredator manifestus.

14.

Sepe contingit quod homo mitit in pignus alii homini suam hereditatem usque ad certum terminum, et si forte his qui missit in pignus iam dictam hereditatem noluerit aut non potuerit reddere pecuniam termino constituto, qui tenet ipsam hereditatem in pignus, si non uult eam tenere ultra terminum, pignoret suam fidanzam aut ipsum debitorem si forte non habet inde fidanzam; et si postea dederit ad manuleuandum pignus quod pignorauit debet et potest recuperare ipsum quando uol-

uerit, ita in tempore ieiunii quam in alio tempore. Tamen si his qui impignauit hereditatem sepe dictam non habet unde possit redimere eam, dicit fuerum quod hos de iusticia mitat ipsam hereditatem in manu de corredor, et de ea die que fuerit posita in manu eius usque ad XXXX diebus, dominicis et Beate Marie et festiuitatibus Apostolorum in predictis XXXX diebus non numeratis, ille cuius est hereditas debet habere inducias in quibus satis possit eam uendere, et amplius non potest habere inducias set redimat deinceps suam hereditatem quali modo potuerit.

15.

Sepe contingit quod homo trait alium hominem ante¹ iudicem pro aliquo clamor, et si prius non accipit de illo fidanzam de directo antequam causa iudicetur, ille qui traytur in causam sicut dicit furcum non potest demandare fidanzam de redra nisi primitus dederit fidanzam de directo conquerenti.

16.

Cum aliquis infanzon debet peccuniam homini de seruicio regis aut possuerit eum fidanzam et noluerit ei dare debitum uel trahere de fidanza dicit fuerum: quod si non habet in quo possit eum pignorare, dominus qui tenet dominum de ipsa uilla ubi hoc euenerit debet et potest illum in hereditates mitere de predicto infanzon ad eas possidentas, donec iam dictus infanzon donet homini antedicto peccuniam quam ei debet aut quod trahat ipsum de illa fidanza in qua eum possuit.

17.

Homo foraneus si pignorauerit aliquem in ciuitate non debet ca illa trahere ipsum pignus; et si in uillis pignorauerit et non habuerit ibi chasam in qua mittat ipsum || (fol. 2 v.) pignus dominus uille debet ei dare chasam in qua tencat ipsum pignus, et tribus diebus trasactis si uoluerit, per fuerum, poterit ducere ipsum pignus in alio loco donec habeat directum de illo qui fecit ei tortum. Verumtamen si dominus uille noluerit ei dare casam in qua mittat pignoram his qui eam pignorauit tunc ea die qua eam pignorauit potuit per fuerum trahere ipsam pignoram de ipsa uilla et ducere in aliud locum ubi possit eam habere saluam².

18.

Item si aliquis homo ad irrigandam hereditatem quam laborat de die

¹ ante sobre ad tachado.

² Anno septimo imperii Eraclii era sexcentesima LX ortus Mahomat filius Abdela eresiarcha arabicus, tempore scilicet regis Sisebuti. Hoc enim tempore Isidorus Ispalensis doctor in nostra doctrinate claruit.

furtim acceperit aquam que non est sua, debet dare pro calumnia domino illi cuius erat aqua illa quam furtive accepit V solidos. Si uero de nocte eam furauerit debet dare pro calumnia illi cui dapnum fecit LX solidos. Verumtamen in potestate illius est qui dapnum sustinuit ut condonet ei de predicta calumnia quantum sibi placuerit.

19.

Dicit fuerum ut si creditor postquam erit terminus trasactus in quo debuit peccunia sibi acomodata reddi, et ille qui debet ipsam peccuniam non uult illam ei persoluere quod pignoret suam fidanzam si quam habet pro illo debito. Verumtamen dicit fuerum: si creditor aliquo modo poterit aducere debitorem tantum semel aut plus ante suam fidanzam, et debitor contepnit et non uult trahere illum de fidanza postquam terminus solucionis fuerit trasactus, de cetero creditor per fuerum non induciabit illam fidanzam nec dabit ei inducias de XXX diebus in antea ut fidanza querat suum actorem.

20.

Homo quidam impetrabat patrem et matrem uxoris sue de demanda tam de cibaria quam de denariis, ad quod ipsi respondentes dicebant quod nunquam habuerant de illo cibariam aut denarios quos illi reddere deberent; ad quod dicit fuerum: quod iuret unus eorum super librum et crucem quem maluerit exactor et sic sit contentus, quia non potest eos tornare ad ferrum calidum aut ad alium iudicium, quia gener tamquam filius non habet tornam cum saceris suis. Verumtamen dicit fuerum quod filius aut filia si percusserit patrem, uel matrem, qualicumque occasione fecerit eos iurare super altare aut super librum et crucem, aut dixerit contra eos capitale crimen pater uel mater quemcumque ex eis fecerit iurare potest ipsum filium uel filiam desfiliare et excludere ex toto a paterna et a materna hereditate in perpetuum; et per aliam rem non potest pater uel mater problem suam exhereditare nisi pro his causis antedictis.

21.

Multociens euenerit quod homo uult pignorare in uilla aut in castillo ubi sunt domine infan zones, ideo primum faciat eos scire et sic cum carum assensu poterit postea seccure pignorare, set si forte illis inconsulis pignorauerit tenetur cis dare per fuerum, aut domino uille uel castelli, LX solidos pro calumnia.

22.

Si homo uel femina occisi fuerint in uilla uel in castello ab aliquibus aut in terminis eorum, nisi homines de illo loco ubi fuerint occisi et

sepulti ceperint homicidam et deliberauerint illum ad baiulum regis infra decem dies, de cetero tenentur domino regi dare homicidium.

23.

Preponerbat quidam aduersus alium hominem: "pater tuus fuit fideiussor patri meo cum carta sufficienti pro certa denariorum quantitate et nunc quia uterque decessit et nos sumus eorum heredes peto ut facias mihi aut persoluas peccuniam memoratam." Alter uero respondebat: "non sum certus quod pater mens patri tuo esset fideiussor ut proposnis"; et quia testes [(fol. 3) inscripti decesserunt(n), dicit fuerum: quod qui petit iuret super librum et crucem quod pater alterius extitit fideiussor patri suo tenore suprascripto, et sic alius faciat persoluere aut persoluat, nisi habuerit actorem peccuniam antedictam aut dimitat ratione quod possidet patri suo.

24.

Per fuerum de Aragon si infanzon debet dare ad alium infanzon fidanzam de directo super aliquam demandam de hereditate qualicunque, illa fidanza debet esse infanzona et quod habeat casam propriam in ipsa villa ubi est hereditas et quod ipsa casa cum sit habitata ea et etiam quod ipsa fidanza habeat pignoram uiuam in eodem villa: caballum aut equum, sive mulum aut mulam, uel rocinum aut asinum cuiuscumque sexus qui ingrediantur et egrediantur de domo de iam dicta fidanza. Verumtamen exactor nunquam debet nec potest per fuerum pignorare equum proprium quem fidanza equitat si est miles, et si non est miles exactor potest et debet pignorare per fuerum, si uoluerit, qualicunque bestia immenerit fidancie sepe dicte et tenere ipsam pignoratam sicut est fuerum de pignora. Et si illa pignora moritur exactor pignoret aliam donec directum suum ualeat adipisci. Istud enim fuerum est de nullis. Set si exactor et reus sunt in ciuitate heredes inquisitus potest dare fidanzam de directo suum uicinum qui sit de pignore aut de signal, de tali scilicet pignore sicut iudicat fuerum: ut habeat pignoram uiuam alicuius generis ualentem unum morabetinum; alius homo nisi erit huiusmodi infanzon scilicet uel ciuis non est habundans in talibus; verumtamen uillanus super hereditatem infanzonom nusquam est fidanza inter infanzones.

25.

Siquis homo infanzon, ciuis aut uillanus pignorauerit uel per rapinam acceperit marem de ouibus et occiderit, per fuerum debet redere bonum marem cum tantis ouibus quantas pastor qui custodit ipsas oues poterit probare per suam iuram quod iam dictus mar impregnauit anno illo quando fuit occisus.

26.

Pastor, *per fuerum*, cum sua iura potest recuperare usque ad decem oues ad opus domini sui de qualicumque homine sit uerum quod rapuerit eas. *et ultra de X ouibus*, si negauerit eas qui rapuit, *per fuerum est ibi batalla*.

27.

Sepe contingit quod homo tenet hereditatem alterius impignore, ni-
neam aut campum uel aliam hereditatem in qua sunt arbores, *per certa
summa denariorum*, *et si forte, domino ignorantie, aliquem arborem
ferentem fructum absciderit*, ille qui tenet eam impignore, *per fuerum,
postquam fuerit probatum*, tenetur dare *pro calunnia domino illi de
quo erat arbor abscisa LX solidos*; *et sic de singulis arboribus qui-
cumque sit ille qui probatus fuerit eas abscidisse*.

28.

Nobilis quidam misit impignore suam hereditatem alii homini pro C. morabitinis cum carta sufficienti, cum testibus *et cum fidanza*. Transactis autem aliquantis temporibus nobilis iam dictus auctoritate propria, non tamen solutis morabitinis memoratis, hereditatem quam impigno(ra)uerat occupauit uiolenter. Ille uero qui eam impignore acceperat, infra unum annum *et unum diem* ex quo fuit electus de iam dicta hereditate dum debuit *et* potuit, non pignorauit fidanzam quam acceperat de salute et de suo auer facere reddere die *et* termino inter eos constituto quamuis eam sepe inueniret. Super hoc dicit fuerum: *quod illa fidanza quam de saluetate et de suis morabitinis facere red-
dere acceperat post unum annum et unum diem trasactus ex qua illa
uiolencia facta fuit, de cetero non tenetur saluam facere ipsam here-
ditatem nec quod faciat ei reddere morabitinos antedictos. Illud idem
est emcionibus hereditatum sint qualescumque*.

29.

Si quando infanzon peccierit ab alio infanzon aut alter homo pec-
cuniam ualentem C solidos et infanzon negauerit *quod non debet ei
illam dare* dahit iuratorem qui in loco suo ruret super librum *et cru-
cem* ad portam ecclesie super animam infanzonis, *et sic exactor non
potest de cetero eam demandare*. Tamen si peccunia illa erit ultra C
solidos infanzon in propria persona *et non per aduocatum iurabit quod
non debet ipsam peccuniam exactori*.

30.

Accidit *quod quidam homo dicebat se iuste possidere quandam here-
ditatem et aduersarius proponebat aduersus eum*: “tu non tenes ipsam

hereditatem set ego quia mea est || (fol. 3 v.) *et debeo eam possidere iure rationis patris et matris mee*". Verumtamen nullus eorum de longo tempore trasacto lauorauerat hereditatem illam, unde dicebat quisque ad alterum: "ego dabo tibi fidanzam de directo super istam hereditatem." Super quod dicit fuerum: *quod ille qui postremus uel ultimus possedit eamdem hereditatem sine mala uoce per unum annum et per unum diem et percepit ex ea aliquem fructum, ille det fidanzam de directo super ipsam*. Verumtamen ipsa fidanza sit heres in ipsa uilla in qua est iam dicta hereditas, et etiam fidanza de retra debet ibi esse heres, *et qualis est ipsa heres*¹, infanzona seu uillana, tales debent esse ipse fidancic.

31.

Homo quidam accipit mutuum a quidam usurario CC solidos usque ad certum terminum pro quibus persoluendis dedit ei fidanzam quendam suum uicinum. Trasacto uero termino solucionis denariorum creditor cum multa instancia a debitore peccuniam mutuatam sibi reddi postulabat, cum quam non posset recuperare; conductus preposito ciuitatis fecit pignorare suam fidanzam duas bestias et emparare suos fructus tam de uincis quam de campis, unde ipsa fidanza ultra fuerum cognoscebat se grauari ad iudicem appellauit. Jūdex autem, auditis hinc inde rationibus, iudicauit per fuerum de Aragon: ut creditor retincret unam bestiam de illa fidanza quam uellet, omnibus aliis pignoribus absolute dimissis, et quandiu ipsa bestia uiueret quod non posset aliam pignorare. Tamen si euenerit illam bestiam mori in illa pignora caueat sibi qui illam pignorauit ut moriatur per fuerum de pignora, et ipsa mortua accipiat alia usque ualeat suum ius adipisci.

32.

Siquis emerit ullam causam furatam et dominus cui fuit furata inuenierit eam et uoluerit ipsam habere, et ille qui eam emit debet demonstrare sufficientem antorem qui dicat se esse antorem rei uendite et etiam qui donet fidanzam super causam illam quam ipse uendidit, aliter autem non est autor et non potest illum defendere qui causam emit furatam ad ultimum. Qui emit causam furatam, si non poterit talem antorem habere, iurabit super librum legis et crucem pro quanto precio emit causam illam et non cognoscit homine illum de quo emit eam; et sic dominus cuius res extitit furata dabit medietate precii et causam illam recuperabit absolute; aliter uero sentimus de bestiis raptis uel furatis.

33.

Siquis obtulerit contra aduersarium suum cartam super aliquod fac-

¹ Así por hereditas.

tum, et aduersarius eius, contra quem cartam illam demonstratur, dixerit ante iudicem quod carta illa habet in se falsitatem, iudex statim debet accipere cartam illam et tamdiu eam tenere in sua potestate quo ad usque ille qui eam presentauit probet in re uera, per testes scriptos in carta illa, si uiri fuerint, aut alio legitimo et sufficienti modo, quod carta illa non habet in se falsitatem. Verumtamen si infra unum annum et unum diem, postquam carta illa fuerit accusata de falsitate, ille qui eam obtulit ante iudicem non probabit sufficientem quod carta quam presentauit sit uera, judicamus per fuerum de Aragona quod post unum annum et unum diem trasactum ipsa carta nunquam habeat ualorem uel firmitatem sed sit sine ualore et dampnata, ei qui eam presentauit regis sit incursus.

34.

Accidit sepe et multociens quod supponit homo se seruicio alterius hominis sub certa mercede usque ad terminum inter eos constitutum. Procedente uero tempore, nondum tamen termino seruicii consumato, idem homo uult recedere a seruicio quod domino suo facere tenetur, non tamen per aliquod iurum quod dominus suis sibi fecerit sed propria ductus uoluntate, super quod dicit fuerum: quod post manifestum est quod non de ratione sed sua propria uoluntate uult dimitere seruicium quod domino suo debet facere, si posuit fidanzam pro complendo seruicio, ipsa fidancia faciat eum seruire in pace usque ad suum terminum, aut donet domino illi alium seruientem bonum qui seruiat ei sicut ille seruire debebat. Tamen sciendum est, ut si seruiens illi uoluerit in pace seruire domino suo usque ad terminum completum, et dominus noluerit illis habere in suo seruicio, per fuerum et per iustum iudicium tenetur ei dare ex integro suam soldamat, quam ei conuenit, per totum annum; et seruiens contra uoluntatem domini sui dimiserit seruicium ante temporis quod domino suo facere debet, per fuerum et per iudicium debet reddere domino cui seruiebat quantum comedit de cibis domini illius usque ad sal quamdiu fuit in eius seruicio; preterea si antedictus seruiens uoluerit uxorem accipere, propter quod recedere uult de seruicio domini sui, et dominus eius noluerit eum dimitere, uelit nolit dominus, in die nupciarum seruienti antedictus dimitet illum seruicium [fol. 4] et accipiet uxorem, de cetero ad ipsum seruicium non reuersurus primi seruicii ratione.

35.

Homo quidam petebat ab alio certam quantitate denariorum quam ei dare debebat in re uera, et quia de longo tempore iam erat transactus terminus quo debebat sibi persolui peccunia memorata, creditor pignorauit debitori multis bestias una et eamdem die locis in diuersis, et fidancie similiter quia ipsa fidancia erat a boltas cum debitore, unde debitor antedictus putans se ultra fuerum tractari creditorem co-

ram iudice proponens aduersus eum per singula quod factum fuerat de pignoribus. Jūdex uero auditis hinc inde racionibus uniuersis judicauit per fucrum de Aragon quod ex quo manifestum erat, ex confessione utriusque partis, quod iam erat trasactus terminus solucionis in quo debuit persolui peccunia memorata, quod creditor sine certa iniuria, per fuerum de Aragon, libere et de racione una die pignorare pateat debitori et omnibus suis si quos habebat quantas bestias eis et fidanciis suis inueniret etiam locis in diuersis, considerata tamen debitori quantitate.

36.

Condi[tor] orbis cuius ordinacione cuncta bona reguntur ita disposita, ut homines certis et distinctis ordinibus se haberent: quod quidam idem clerici in Dei seruicio iugiter permanerent, alii uero milites sunt ut semper || (fol. 5) essent defensores, reliqui ut quisque oficia sua exercerent. Contra milites qui pro defendendis aliis fuerint constituti quidam corum dimisso officio suo honesto rapiniis et aliis maleficiis quam plurimis adherentes, Dei timore abiecto, dignitatem suam deturpare non uerentur, ideo quia quorumdam malefactorum inpunitas multos excitat ad peiora, et etiam aliis confert audaciam peccandi habito concordi consilio Curie nostre, damus per fuerum et per iudicium, ut cum aliquis miles in tanta malicia uoluerit permanere pro qua merito de milicia sua et officio sibi concessa mereatur degradari, cum uentum fuerit ad eius deposicionem, ipsem cingat sibi ensem, quo facto, princeps terre accepto cultello in posteriori parte, idest supra renes, cindat omnino ensis corrigiam de qua est accintus, ita ut corrigia incisa ensis per se cadat in terra; et sic ille qui antea miles extiterat prauis suis meritus existentibus de milicia quam prius extiterat decroratus perpetuo sit depositus et dampnatus.

37.

